



ff. de extraordin. criminibus & d. I.  
Imperatores, & l. i. f. Cura carnis, &  
ibi Docto. ff. de offic. præfect. vrb.  
¶ Victuarij exercituum, qui tempore  
belli victualia sua non conferunt, aut  
conferre differunt, aut certè aliò cō-  
ferunt, quām ad exercitum sui Prin-  
cipis, vt pluris ea diuendant, aut ali-  
bi pluris vendant: illi puniendi sunt 10  
confiscatione bonorum aut exilio.  
Si verò ea victualia deferant secretò,  
directè aut indirectè ad hostes, vel  
castra aut ciuitates hostium: plecten-  
di sunt capitaliter cum confiscatione  
bonorum, veluti proditores & cri-  
minis læsæ Maiestatis Rei. Qui tem-  
pore & caritatis, studet pecunia aut

aliàs callidè, è ciuitatibus ac regioni-  
bus efferre clam rem frumentariam  
aut victualem (non obstante inter-  
dictione) ut eam alibi carius vendat:  
is monopolium committit, & pu-  
niendus est arbitriariè: potissimum,  
quum ex earum euēctione & mono-  
polio respublica magnum detrimen-  
tum passa fuisset. Monopolium tertiā  
committunt opifices, qui inter se  
quasdam leges statuunt, quibus ca-  
rius conciuiibus suis laborēt: & pacta  
inter se ineunt, ne quis eorum mi-  
noris laboret, & opera perficiat,  
quām precio inter ipsos constituto,  
idque precium sit iniquum, & nimis  
enorme, nec cum vicinis ciuitati-  
bus